dño adhæſerũt. Scãdalizati em̃ illi audiẽtes de ſacramen-
to carnis, & ſanguinis ultra nõ ibant cũ eo: diſcipuli ue-
Ioan. 6. rò interrogati an & ipi uellẽt abire: reſpõderũt. Ad quẽ
ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Neceſſe habemꝰ fra-
tres hãc prudentiã imitari: qa multi adhuc ambulãt cum
Ieſu: donec ueniaꝛ ad edendã eius carnẽ, & bibendũ ſan-
guinẽ illius: ad cõmunicãdũ. ſ. paſſiõibus eius, hoc enim
& uerbum illud: & ipſum ſacramentum ſignificat: extunc
autẽ ſcandalizantur: & abeunt retro dicẽtes: quia durus
eſt hic ſermo. Nos cũ apoſtolis prudẽtes ſimꝰ & dicamꝰ.
Dñe ad quẽ ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Nõ diſce-
Deut. 8. dimus à te: uiuificabis nos. Nõ in ſolo pane uiuit hõ: ſed
in omni uerbo quod procedit de ore dei. Non ſolus mũ-
dus habet delectationẽ: ſed multò maior eſt in ũbis tuis.
Pſal. 118. Vnde & ꝓpheta ait. Quàm dulcia faucibus meis eloquia
tua ſuper mel ori meo. Ad quẽ igitur eamus? uerba uitæ
æternæ habes domine: & ea quæ ſunt ſuper omnia, quæ
mundus habere poteſt. Non ſolum ipſa uita, ſed & pro-
miſſio uitæ æternæ: & expectatio iuſtorũ lætitia eſt, & tã-
ta lætitia, ut omne quod concupiſcitur ei non ualeat cõ-
parari. Hanc igitur prudentiam nobis apoſtoli ſancti ſe-
minauerũt. Martyres uerò manifeſtum eſt fortitudinem
ſeminaſſe. Porrò uerò confeſſores ſeminauerũt iuſtitiam
quàm in omni uita ſua ſequuti ſunt. Hoc em̃ intereſt in-
ter martyres & confeſſores: quod inter petrum ſimul oĩa
relinquẽtem: & abrahã ſubſtãtiam mundi in bonos uſus
expendẽtem. Sic enim illi conſummati in breui expleue-
runt tempora multa: iſti uerò lõga & multimoda traxere
martyria. Virgines ſanctæ plenam eſt: quia temperãtiam
ſeminauerunt: quæ ſic libidinem calcauerunt.

In annunciatione beatæ Mariæ, de uerbis pſal-
mi: ut inhabitet gloria in terra noſtra. Sermo. I.

VT inhabitet glĩa in terra noſtra: miſericordia
& ueritas obuiauerũt ſibi: iuſtitia & pax oſcu-
2. Co. 1. latæ ſunt. Gloria nr̃a hæc eſt (ait apoſtolus) te
ſtimoniũ cõſcientiæ noſtræ. Non quidem tale
teſtimoniũ: quale ille ſupbus phariſæus habebat: ſeducta
& ſeductrice cogitatione: teſtimoniũ perhibẽs de ſepſo:
& teſtimonium eius uerum nõ erat: ſed cum ſpiritus ipſe
teſtimoniũ perhibet ſpiritui noſtro. Porrò hoc teſtimo-
nium in tribus conſiſtere credo. Neceſſe eſt enim primo
omnium credere ꝙ remiſſionem peccatorum habere nõ
poſſis: niſi per indulgentiam dei, deinde ꝙ nihil prorſus
habere queas operis boni niſi & hoc dederit ipe: poſtre-
mo ꝙ æternam uitã nullis potes operibus promereri, ni-
ſi gratis detur & illa. Quis enim poteſt facere mũdum de
immundo conceptum ſemine: niſi qui ſolus eſt mũdus?
Vtiq; quod factũ nõ poteſt nõ fieri: ipſo tamen non im-
putante erit quaſi nõ fuerit. Quod propheta quoq; cõſi-
Pſal. 31. derãs ait. Beatus uir cui nõ imputabit dñs peccatum. De
operibus uerò bonis certũ oĩno eſt: ꝙ nemo hæc habeat
à ſeipſo. Nam ſi ſtare non potuit humana natura adhuc
integra, quãtò minus poterit per ſeipſam reſurgere iam
corrupta? Certũ eſt ad ſuam originem uniuerſa quantũ
in eis eſt tendere: & in eam ſemper eſſe partẽ procliuiora.
Sic & nos q de nihilo creati ſumus: cõſtat, quia ſi nobiſ-
ipſis relinquimur: in peccatum ſemp (qđ nihil eſt) decli-
namus. Iam uerò de æterna uita ſcimus: quia nõ ſunt cõ-
dignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriã: nec
ſi unus omnes ſuſtineat. Neq; enim talia ſunt hominum
merita ut propterea uita æterna debeaꝛ ex iure: aut deus
iniuriã aliquã faceret niſi eã donaret. Nã ut taceã ꝙ me-
rita omnia dona dei ſunt. & ita homo magis propter ipſa
deo debitor eſt quàm deus homini: quid ſunt merita oĩa
ad tantam gloriã? deniq; quis melior eſt ꝓpheta cui do-
minus ipſe tam inſigne teſtimonium perhibet dicẽs. Vi-
rum inueni ſcđm cor meum. Veruntamen & ipſe neceſſe
habuit dicere deo. Non intres in iudicium cũ ſeruo tuo
pſ. 142. domine. Nemo itaq; ſe ſeducat: qa ſi bñ cogitare uolue-
rit inueniet proculdubio ꝙ nec cum decem milibus poſ-
ſit occurrere ei, qui cũ uiginti milibus uenit ad ſe. Verũ
hæc q̃ nũc diximus non oĩno ſufficiũt: ſed magis initium
quoddã & uelut fundamentum fidei ſunt habẽda. Ideoq;
ſi credis peccata tua nõ poſſe deleri niſi ab eo cui ſoli pec
caſti: & in quẽ pctm̃ non cadit, bene facis: ſed adde adhuc:
ut & hoc credas qa per ipſum tibi peccata donãtur. Hoc
eſt teſtimoniũ quod perhibet in corde noſtro ſpiritus ſan
ctus dicẽs. Dimiſſa ſunt tibi peccata tua. Sic enim arbitra Rom̃. 3.
tur apoſtolus: gratis iuſtificari hoĩem ꝑ fidẽ. Ita de meri-
tis quoq; ſi credis non poſſe haberi niſi per ipſum: nõ ſuf
ficit donec tibi perhibeat teſtimoniũ ſpũs ũitatis: qa ha-
bes ea per illũ. Sic & de uita æterna habeas neceſſe eſt te-
ſtimoniũ ſpũs: ꝙ ad eã diuino ſis munere puenturus. Ipſe
em̃ pctã condonat: ipſe donat merita: & præmia nihilomi
nus ipe redonat. Porrò teſtimõia iſta credibilia facta ſunt
nimis. Nam de remiſſione quidẽ peccatorũ ualidiſſimum
teneo argumẽtũ, dñicã paſſionẽ. Vox ſiquidẽ ſanguinis
eiꝰ inualuit multo plus quàm uox ſanguinis abel: clamãs
in cordibus electorũ: remiſſionẽ omniũ peccatorũ. Tradi
tus eſt enim ꝓpter peccata noſtra: nec dubium quin potẽ
tior & efficacior ſit mors illius in bonũ: quàm peccata no
ſtra in malum. De bonis autem operibus argumentum ni
hilominus efficax mihi eſt reſurrectio eius: quia reſurre-
xit propter iuſtificationẽ noſtram. Porrò de ſpe præmio-
rum teſtimonium eius eſt aſcenſio: quia aſcendit propter
glorificationem noſtrã. Hæc tria in pſalmis habes dicen
te propheta. Beatus uir cui nõ imputabit dñs peccatum. Pſal. 31.
Et alibi. Beatus uir cuiꝰ eſt auxiliũ abs te. Itẽ alibi. Beatꝰ Pſal. 83.
quẽ elegiſti & aſſumpſiſti: habitabit i atrijs tuis. B Hæc Pſa. 64.
eſt gloria uera: gloria inhabitans: quia ab eo eſt qui per fi
dem habitat in cordibꝰ noſtris. Filij uerò adam gloriam
quæ ab inuicem eſt quærentes gloriã quæ à ſolo deo eſt
non ualebant: ſed ſic gloriam extrinſecus fluentem ſectã-
tes habebant gloriam nõ in ſemetipſis ſed magis in alijs.
Vis noſſe unde ſit homini inhabitãs gloria? Dico breui-
ter quoniam ad myſtica feſtinat intentio. Nam & ea ſola
propoſueram in uerbis illis propheticis diligentius ueſti
gare: ſed reflexit ad moralia occurrens prima fronte apo-
ſtolicꝰ ſermo de interna gloria & teſtimonio conſcien-
tiæ. Sic ergo inhabitat hæc gloria etiam hic in terra no-
ſtra: ſi miſericordia & ueritas obuiãt ſibi: & ſeſe iuſtitia &
pax oſculentur. Præueniẽti ſiquidem miſericordiæ, ut ue
ritas noſtræ conuerſionis occurrat neceſſe eſt: ac decæte-
ro ſanctimoniã ſectemur & pacẽ, ſine qua nemo uidebit
deum. Vbi enim compungitur quis, iam tunc eum miſeri
cordia præuenit: ſed nequaquàm igredietur donec ei ue-
ritas cõfeſſionis occurrat. Peccaui domino, ait ipſe Da-
uid ad Nathan prophetam: cum de adulterio & homici-
dio argueretur. Et tranſtulit dñs pctm̃ à te, ait propheta.
Nimirum miſericordia & ueritas obuiauerũt ſibi. Et hoc
quidem: ut declines à malo. Iam uerò ut facias bonum, in
tympano & choro tibi pſallendum eſt: ut ipſa mortifica-
tio carnis tuæ & pœnitentiæ fructus, ac iuſtitiæ opera, in
unitate & concordia fiant: quoniam unitas ſpiritus, uin-
culũ eſt perfectiõis. Neq; ad dexterã neq; ad ſiniſtram de-
clinaueris. Sunt enim quorũ dextera eſt dextera iniquita Coll. 3.
tis. Phariſæus ille cuius ſupra meminimus: non erat ſicut
cæteri hominũ, ſed ipſe ſibi (ut diximus) teſtimoniũ phi
buit ſed non uerũ. Sanè quiſquis ille eſt in quo miſericor
dia & ueritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ
ſunt: ſecure glorietur: ſed in eo qui ſibi teſtimonium per-
hibet in ſpiritu utiq; ueritatis. Vt inhabitet gloria in ter
ra noſtra: miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi: iuſti-
tia & pax oſculatæ ſunt. Si gloria patris filius ſapiens: cũ
ſit ſapientia ipſa, ſapientior nemo: liquet profecto gloriã
patris, chriſtum dei uirtutem, & dei ſapientiam eſſe. Quia
ergo multiphariè multiſq; modis de eo prædictum fuerat
in prophetis ꝙ in terris uidendus eſſet: & inter homines
conuerſaturus: quonam modo id factum ſit: & impletis Heb. 1.
quæ de eo per os omnium prophetarum dicta fuerant, ha
bitauerit gloria in terra noſtra: pſalmiſta indicat in his
uerbis: ac ſi manifeſte dicat. Vt uerbum caro fieret & ha-
bitaret

Pſal. 38. bitaret in nobis: miſericordia & ueritas obuiauerũt ſibi:
iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Magnũ ſacramẽtũ fratres &
diligentius perſcrutãdũ: niſi & intellectus myſterio: & ipi
quoq; intellectui uerba deeſſent. Dico tñ utrunq; modi-
cũ id qđ ſentio: ſi fortè uel occaſionẽ dediſſe uidear ſapiẽ
ti. Videre mihi uideor dilectiſſimi quatuor uirtutibꝰ his
amictũ primũ hoiem ab ipſo ſuæ creationis exordio, & ut
ꝓpheta meminit ueſtimẽto ſalutis indutũ. Eſt enim in his
quatuor illa ſalutis integritas: nec ſine his oĩbus poteſt
cõſtare ſalꝰ: præſertim cũ nec poſſint eſſe uirtutes ſi abin-
uicẽ ſeparẽꝛ. Acceperat ergo hõ miam cuſtodẽ. ſ. atq; pe-
diſſequã: ut ipſa præueniret, ipſa & ſequeretur eũ: ipſaq;
protegeret & cõſeruaret ubiq;. Vides qualẽ nutritiũ cõ
tulit paruulo ſuo deus: qualẽ dedit pediſſequã homini re-
cens orto. Sed erat illi neceſſarius etiã eruditor tanquam
igenuæ & rationabili creaturæ: ut nõ ſicut iumẽtũ aliqđ
cuſtodireꝛ: ſed tanquã paruulus educareꝛ. Cui ſanè magi
ſterio nemo poterat aptior inueniri, quàm ueritas ipſa q̃
eũ in agnitionẽ ſummæ perduceret aliquando ueritatis.
Interim uerò ne ſapiẽs inueniretꝛ ut malũ faceret: eſſetq;
pctm̃ ei tanquã ſcienti bonum & minime facienti: iuſtitiã
quoq; qua regereꝛ accepit. Adhuc aũt & pacẽ qua fouere
tur & delectaretur addidit manꝰ benigniſſima creatoris.
Pacem utiq; duplicẽ ut nec intus pugnæ, nec foris timo-
res: id eſt nec caro cõcupiſceret aduerſus ſpm̃: nec eſſet ei
creatura ulla formidini. Nam & beſtijs oĩbus libere impo
ſuit nomina: & ſerpẽs ipſe, qui uiolẽtia non præſumpſit,
fraude magis eũ aggreſſus eſt. Quid huic deerat: quem
miſericordia cuſtodiebat: docebat ueritas: regebat iuſti-
tia: pax fouebat? Sed heu homo iſte ad multam perniciẽ
& inſipientiam ſibi, deſcẽdit de hieruſalem in hierico. Si-
quidem incidit in latrones: à quibꝰ & ante omnia legitur
deſpoliatus. An non deſpoliatus: qui dño ueniente nudũ
ſe eſſe cõqueritur? Nec uerò poterat reueſtiri uel ablata
Luc. 10. ſibi recipere ueſtimẽta: niſi xp̃s amitteret ſua. Sicut em̃ ui
uificari in aĩa niſi interueniẽte corporali morte xp̃i nõ po
tuit: ita nec reueſtiri ſine eius deſpoliatione. Et uide ſi nõ
propter has quatuor partes ueſtimenti qđ amiſerat pri-
mus & uetus homo in totidem quoq; diuiſa ſunt ſecũdi
& noui hominis ueſtimenta. An forte quæris & tunicam
inconſutilem quæ non diuiditur ſed forte prouenit. Ego
diuinam arbitror eſſe imaginem: quæ nimirum nõ aſſuta
ſed inſita atq; ipſi impreſſa naturæ: diuidi ſcindiq; nõ po
teſt. Ad imaginem nempe & ſimilitudinem dei factus eſt
homo: in imagine arbitrij libertatem: uirtutes habens in
ſimilitudine. Et ſimilitudo quidẽ perijt: uerũtamẽ in ima-
gine pertranſit homo. Imago ſiquidẽ in gehẽna ipſa uri
poterit nõ exuri: ardere ſed non deleri. Hæc ergo nõ ſcin
ditur: ſed forte prouenit. Et quocũq; perueniat anima: ſi-
mul & ipſa erit. Nam ſimilitudo non ſic: ſed aut manet in
bono: aut ſi peccauerit anima mutaꝛ miſerabiliter: iumen
tis inſipientibus ſimilata Sed quia ſpoliatum uirtutibus
quatuor hoiem diximꝰ: quonã modo ſingulis ſit ſpolia-
tus, congruum eſt ut dicamus. Perdidit homo iuſtitiam:
cum eua ſerpẽtis, adã mulieris uoci obediuit potiꝰ quàm
diuinæ. Erat aũt reſiduũ aliquid quod, appræhẽdere poſ
ſent: idq; dñs ſuo illo ſcrutinio inueniebat: ſed abiecerũt
etiã illud, conuerſi in uerba malitiæ: ad excuſandas excu-
ſationes in peccatis. Prior em̃ iuſtitiæ portio nõ peccare,
ſcđa ꝑ pœnitentiã damnare pctm̃. Perdidit & miam cũ ſic
exarſit eua i cõcupiſcẽtia ſua: ut nec ſibi nec uiro nec filijs
parceret naſcituris: ſimul oẽs terribili maledicto & neceſ
ſitati mortis addicẽs. Adã quoq; indignatiõi diuinæ mu-
lierẽ ꝑ qua peccauerat obiecit. quaſi poſt tergũ eiꝰ uolẽs
declinare ſagittã. A Vidit em̃ mulier lignũ qđ eſſet pul
chrũ uiſu: & ad ueſcẽdũ ſuaue: & à ſerpẽte audierat tãquã
deos ſe futuros. Funiculus triplex difficile rumpiꝛ, curio
ſitatis, uoluptatis, & uanitatis. Hæc ſola mundus habet:
cõcupiſcẽtiã carnis: cõcupiſcentiã oculorũ: & ſuperbiam
uitæ. His abſtracta & illecta miam oẽm crudelis mater ab
iecit. Sic & adã q mulieri male miſertus eſt, ut cũ ea pecca
ret: bene noluit miſereri ut pœnã ſuſtineret ꝑ ea. Priua-
ta eſt etiã mulier ueritate: primo quidẽ malè detorquens
qđ audierat morte morieris: & dicẽs, ne fortè moriamur:
demũ ſerpẽti credens: penitus abnegãti & dicẽti: nequa-
quã moriemini. B Priuatus eſt & adã ueritate, ubi eam
cõfiteri erubuit: folia excuſationũ operimẽta prætẽdẽs.
Siquidẽ ipſe dicit. Qui erubuerit me corã hoĩbus erube Luc. 9.
ſcam & ego eũ corã patre meo. C Pacẽ quoq; ꝓtinus
amiſerũt: qa nõ eſt pax impijs dicit dñs. Nonne em̃ cõtra-
riã legẽ inuenerãt in mẽbris ſuis: quos de nouo pudere
cœperat nuditatis? Timui ego, inqt, eò ꝙ nudus eſſem. Gen. 3.
Nõ ſic miſer nõ ſic paulo ante timebas: nõ q̃rebas folia:
licet corpore nudus ſicut & mõ. Ex hoc ſanè (ut ꝓphetæ
ipſius parabolã ꝓſequamur: q ſibi obuiaſſe eas, & recõci-
liatas in oſculo memorauit) grauis q̃dã iter uirtutes ui-
deꝛ orta cõtentio. Siquidẽ ueritas & iuſtitia miſerũ affli-
gebãt: pax & mia zeli huius expertes iudicabãt magis cẽ
pcendũ. Sunt em̃ collectaneæ hæ duæ ſibi: quẽadmodũ
& priores. Vñ & factũ eſt ut pſeuerãtibus illis in ultione
& præuaricatorẽ hincinde cedentibꝰ: & præſentes mole-
ſtias futuri cumulãtibꝰ cõminatiõe ſupplicij: illi ſecede-
rẽt in cor pr̃is redeũtes ad dñm q illas dedit. Solus ſiqdẽ
ipe cogitabat cogitatiões pacis cũ afflictionis plena oĩa
uidereꝛ. Siqdẽ nõ ceſſabat pax nõ ei mia dabat ſilẽtiũ:
ſed pio quodã ſuſurro paterna pulſantes uiſcera loque-
banꝛ. Nũqd in æternũ ꝓijciet deus: aut nõ apponet ut cõ
placitior ſit adhuc? Nũqd obliuiſceꝛ miſereri: deus: aut cõ
tinebit in ira ſua mias ſuas? Et quãuis diu multũq; uiſus
ſit diſſimulare pater miſerationũ ut iterim ſatiſfaceret ze
lo iuſtitiæ & ueritatis: nõ tñ ifructuoſa fuit ſupplicantiũ
iportunitas, ſed exaudita eſt in tẽpore opportuno. Fortè
em̃ interpellãtibus tale dicaꝛ dediſſe reſpõſum. Vſq; quo
præces ueſtræ? Debitor ſum & ſororibus ueſtris: quas ac-
cinctas uidetis ad faciendã uindictã in natiõibꝰ: iuſtitiæ
& ueritati. Voceꝛ & ueniãt: & ſup hoc uerbo pariter cõ
feramus. Feſtinãt ergo legati cæleſtes & ut uiderũt miſe-
riã hoĩm & crudelẽ plagam: ut ꝓpheta loquitur: angeli
pacis amare flebãt. Qui em̃ fideliꝰ quæreret aut rogarẽt
quæ ad pacem ſunt: quàm angeli pacis? Sanè ex delibe-
ratione cõmuni aſcẽdit ueritas ad conſtitutam diem: ſed
aſcẽdit uſq; ad nubes. necdũ planè lucida, ſed ſubobſcu-
ra & obnubilata adhuc zelo indignationis. Factumq; eſt
ut legimus in propheta. Dñe in cælo miſericordia tua: & Pſal. 35.
ueritas tua uſq; ad nubes. Medius aũt pater luminũ reſi-
debat: & utraq; pro parte ſua utilius qđ habebat loque-
batur. Quis putas illi colloquio meruit intereſſe, & indi-
cabit nobis? Quis audiuit & enarrabit? Forte inenarra-
bilia ſunt, & nõ licet homini loqui. Summa tamen cõtro-
uerſiæ totius hæc, fuiſſe uideꝛ. Eget miſeratiõe creatura
rationalis ait miſericordia: qm̃ miſera facta eſt: & miſera-
bilis ualde. Venit tẽpus miſerẽdi eius: quia iam preterijt
tempus. Ecõtra ueritas. Oportet, inquit, impleri ſermo-
nem quẽ locutus es dñe. Totus moriatur adã neceſſe eſt
cum oĩbus q in eo erant: qua die uetitũ pomũ in preuari-
catione guſtauit. Vtqd ergo ait mia: ut quid me genuiſti
pater citius perituram? Scit em̃ ueritas ipſa: qm̃ mia tua
perijt, & nulla eſt: ſi nõ aliqñ miſerearis. Similiter aũt ecõ
trario & illa loquebatur. Quis enim neſciat ꝙ ſi predictã
ſibi præuaricator ſententiam mortis euaſerit: perijt nec
permanebit iam in æternũ ueritas tua domine? Ecce ue-
rò unus de cherubin: id eſt magni conſilij angelus ad re-
gem ſalomonem ſuggerit eſſe mittẽdus. Quoniam filio,
inquit, datum eſt omne iudiciũ: Et in eius ergo cõſpectu
miſericordia, & ueritas obuiauerunt ſibi: eadẽ quæ ſupra
meminimus uerba querimoniæ repetentes. Fateor, ait, Ioan. 5.
ueritas zelũ bonum miſericordia habet: ſed utinã ſcđm
ſcientiam. Nũc aũt quid præuaricatori potius quàm ſo-
rori iudicat eſſe parcendũ? At tu, iquit, miſericordia neu
tri parcis: ſed tanta indignatione ſæuis in præuaricato-
rem ut inuoluas pariter & ſororem. Quid mali merui? ſi
quid habes aduerſum me dicito mihi. Sin autem quid me

perſequeris? Grandis cõtrouerſia fratres, & intricata ni-
miũ diſceptatio. Quis nõ illic diceret: bonum nobis erat
ſi natus nõ fuiſſet homo iſte? Sic erat dilectiſſimi oĩno,
ſic erat: nõ uidebatur quõ ſimul poſſent erga hoĩem mĩa
& ueritas cõſeruari. Cũq; adijceret ueritas ĩ ipm quoq;
iudicẽ partis ſuæ iniuriã retorqueri, dicẽs cauendũ oĩno
ne fieret irritũ uerbũ patris: ne ſermo uiuꝰ & efficax qua-
libet occaſione euacuaretur: parcite quæſo ait pax: par-
cite uerbis huiuſmodi nõ nos talis altercatio decet: uir-
tutũ eſt inhoneſta cõtentio. Porrò iudex inclinãs ſe digi
to ſcribebat in terra. Erant aũt uerba ſcripturæ: quæ pax
ipſa legit in auribus oĩm. Ea ſiquidẽ propius aſſidebat.
Hæc dicit: perij ſi Adam nõ moriat̃: & hæc dicit perij niſi
miſericordiam cõſequat̃. Fiat mors bona: & habet utraq;
quod petit. C Obſtupuere oẽs in v̄bo ſapiẽtiæ & for-
ma compoſitionis pariter atq; iudicij. Siquidem manife-
ſtum fuit nullam eis quærimoniæ occaſionem relinqui:
ſiquidẽ fieri poſſet quod utraq; petebat: ut & moreret̃, &
miſericordiã cõſequeretur. Sed id quomõ fiet? inquiũt.
Mors crudeliſſima, & amariſſima eſt: mors terribilis, &
Pſal. 32. ipſo horrẽda auditu. Bona fieri quanam ratiõe poterit?
At ille. Mors, inqt, pc̃tõrum peſſima: ſed p̃cioſa fieri põt
mors ſanctorum. An non precioſa erit: ſi fuerit ianua ui-
tæ: porta gloriæ? Precioſa, inquiunt. Sed quõ fiet iſtud?
Eſſe? ait, poteſt: ſi ex charitate moriatur qs: utiq; qui ni-
Ezec. 3. hil debeat morti. Neq; enim detinere poterit mors inno
xiũ: ſed forabitur (ut ſcriptũ eſt) maxilla leuiathan: & de-
ſtruetur paries medius, ſolueturq; chaos magnum: quod
inter mortem uitamq; firmatũ eſt. Nimirum charitas for
tis ut mors: imo & fortior morte ſi fortis illius intrauerit
atrium: alligabit eũ, & diripiet utiq; uaſa eius: ſed & ipſo
tranſitu ſuo ponet profundum maris uiam: ut tranſeant
liberati: Bonus uiſus eſt ſermo, utpote fidelis, & omni ac-
ceptione dignus. Sed ubi poterit ille innocens inueniri,
q mori uelit non ex debito, ſed ex uoluntate: nõ ex malo
merito: ſed ex beneplacito ſuo? Circuit ueritas orbẽ ter-
ræ: & nemo mũdus à ſorde: nec infans cuiꝰ eſt unius diei
uita ſuper terram. Sed & miſericordia cælum omne per-
luſtrat: & in angelis quoq; ne dixerim prauitatẽ: minorẽ
tamen inuenit charitatem. Nimirum hæc uictoria alij de
bebatur: quo maiorem charitatem nemo haberet ut ani-
mam ſuam poneret quis ꝓ ſeruis inutilibus, & indignis.
Nam & ſi ipſe iam nõ dicit nos ſeruos: hoc ipſum immẽ-
ſæ dilectionis eſt: & eximiæ dignationis. Nos autem & ſi
omnia quæ præcepta ſunt nobis faceremus: quid aliud
dicere deberemus: niſi ꝙ ſerui inutiles ſumus? Sed qs cũ
ſuper hoc conuenire præſumeret? Redeunt ad cõſtitutã
Ioan. 11. diem ueritas & miſericordia: anxiæ plurimum nõ inuẽto
quod deſiderabãt. Tunc uerò ſeorſum pax cõſolans eas:
Gene. 6. uos, inquit, neſcitis quicquã nec cogitatis. Nõ eſt q fa-
ciat bonum hoc: nõ eſt uſq; ad unũ. Qui cõſiliũ dedit: fe-
rat auxiliũ. Intellexit rex quid loqueret̃: & ait. Pœnitet
me feciſſe hominem. Pœna, inqt, me tenet: mihi incumbit
ſuſtinere pœnã: penitẽtiã agere ꝓ homine quem creaui.
Tũc ergo dixit: ecce uenio. Non enim põt hic calix trãſi-
re: niſi bibam illũ. Et accerſito Gabriele uade, inquit, dic
Zacha. 9. filiæ ſion: ecce rex tuus uenit. Feſtinauit ille & ait. Ador-
na thalamũ tuũ ſion: & ſuſcipe regẽ. A Porrò uẽturum
regẽ miſericordiæ & ueritas p̃uenerũt ſicut ſcriptũ eſt.
Miſericordia & ueritas p̃cedẽt faciẽ tuã. Iuſtitia thronũ
Pſal. 88. præparat ſm̃ illud. Iuſtitia & iudiciũ p̃paratio ſedis tuæ.
Pax cũ rege uenit, ut ꝓpheta fidelis inueniret̃ q dixerat.
Pax erit in terra nr̃a cũ uenerit. Inde eſt ꝙ nato dño, an-
gelorũ chorus canebat. Pax in terra hoĩbus bonæ uolũ-
Lucæ. 2. tatis. Sed & tũc iuſtitia & pax oſculatæ ſunt: quæ nõ mo-
dicẽ uidebantur hactenus diſſidere. Prior eñ ſi qua erat
ex lege iuſtitia nõ oſculũ, ſed aculeũ magis habebat ur-
gens timore, quàm ꝓuocãs dilectiõe. Sed nec habuit illa
reconciliationẽ: ſicut habet nũc quæ ex fide noſcit̃ eſſe iu
ſtitia. Alioqn qd erat ꝙ nec Abrahã nec Moyſes nec cæ-
teri iuſti temporis illius, in obitu ſuo pacẽ illã beatitudi-
nis æternæ apprehẽdere: aut regnũ pacis poterãt ĩtroire,
niſi ꝙ minime adhuc iuſtitia & pax ſeſe fuerãt oſculatæ?
Ex hoc ſanè dilectiſſimi feruentiore nobis zelo ſectãda iu
ſtitia eſt. Siquidem iuſtitia & pax oſculatæ ſunt: & indiſſo
lubile amicitiarum inire fœdus: ut quicunq; teſtimoniũ
iuſtitiæ ſecũ tulerit: hylari uultu iã amplexibꝰ lætis acci-
piatur à pace: in idipſum dormiens & requieſcens.

Item de ſeptiformi ſpiritu in chriſto, in annun-
ciatione dominica. Sermo. II.

CONſiderare eſt fratres in ſolennitate ho-
dierna dñicæ annũciatiõis, uelut amœniſ
ſimã quãdã planiciẽ: ſimplicẽ nr̃æ repara
tiõis hiſtoriã. Iniungit̃ noua legatio ãge
lo Gabrieli & nouã uirgo ꝓfeſſa uirtutẽ:
nouæ ſalutatiõis honorat̃ obſequio. An-
tiqua excludit̃ maledictio mulierũ: nouã noua mater acci
pit bñdictionẽ. Implet̃ ꝑ grãm quæ concupiſcẽtiã neſcit:
ut ſpũ ſupueniẽte altiſſimi pariat filiũ: q̃ uirũ dedignatur
admittere. Intrat ad nos eadẽ porta ſalutis antidotũ: qua
uenenũ ſerpẽtis ingrediẽs: uniuerſitatẽ gñis hũani occu-
parat innũeros huiuſcemodi flores ex his facile eſt lege-
re pratis: ſed ĩtueor mediã metuẽdæ ꝓfunditatis abyſſũ.
Abyſſus planè impſcrutabilis: incarnationis dñicæ ſacra
mẽtũ: abyſſus impenetrabilis uerbũ caro factũ eſt, & ha-
bitauit in nobis. Quis eñ inueſtiget: qs attigat: qs appre
hẽdat? Puteꝰ altꝰ eſt & in q̃ hauriã non eſt mihi. Verũtñ
ſolet ĩterdũ ſuppoſita puteis humectare lintheamina ua-
por exalãs. Propterea ſanè licet irrũpere uereat ꝓprie cõ-
ſciꝰ ĩfirmitatis, frequẽter tñ uelut ſup os huiꝰ putei expã-
do ad te dñe manus meas; ꝓ eo ꝙ aĩa mea ſicut terra ſine
aq̃ tibi. Et nũc ſiqdẽ qđ (aſcendente de deorſum nebula)
tenuis ebiberit cogitatio: uobis frẽs modicũ illđ ſine ĩui
dia cõicare curabo: uelut exp̃ſſo lintheamine uel exigua
refundens cæleſtis ſtillicidia roris. Quæro igit̃ qua rõne
filius magis incarnatus ſit quàm pr̃ aut ſpũſctũs: cũ totiꝰ
trinitatis non modo æqualis ſit glĩa: ſed una eadẽq; ſub-
ſtantia. Sed qs cognouit ſenſum dñi: aut qs cõſiliariꝰ ciꝰ
fuit? Altiſſimũ eſt myſteriũ: nec nos oportet timere ſuper
huiuſcemodi præcipitare ſententiã. Videtur tamẽ nec pa
tris nec ſpũs incarnationẽ in pluralitate filiorũ effugiſſe
confuſionẽ: dum alius dei: alius filius hominis diceret̃. Vi
detur & illud maxime congruum, ut his ſpecialiter filius
fieret q filius erat: nec quid eſſet ambiguitatis ĩ nomine.
Deniq; ipſa eſt uirginis noſtræ gloria ſingularis & excel
lens prærogatiua Mariæ: quòd filiũ unũ eundẽq; cũ deo
patre meruit habere cõmunẽ: quam ſanè periſſe cõſtat ſi
nõ filiꝰ incarnaret̃. Sed nec nobis alia dari poſſet occaſio
ſimilis ſperãde ſalutis & hæreditatis: factus quidẽ primo-
genitus in multis fratribꝰ qui unigenitꝰ erat aſciſcet eos
ſine dubio in hæreditate: quos uocauit in adoptionẽ. Si
eñ fratres, & cohæredes. Hic ergo Chriſtꝰ ieſꝰ mediator
fidelis: ſicut in pſona una dei hominiſq; ſubſtantiã copu
lauit ineffabili ſacramẽto: ſic & in ipſa recõciliatiõe cõſi-
lio uſus altiſſimo: mediã nõ deſeruit æquitatẽ: utriſq; tri-
buẽs quod oportebat: honorẽ deo: homini miſeratione.
Hæc enim optima inter offenſum dominũ & reũ ſeruum
forma cõpoſitionis, ut nec honorãdi domini zelo ſeruus
opprimatur auſteriori ſentẽtia: nec rurſum dum huic im-
moderatius cõdeſcẽditur: ille debito fraudetur honore.
Audi igitur & diligẽter obſerua angelicam in huius me-
diatoris ortu diſtributionẽ. Gloria, inquiunt, in altiſſi-
mis deo: & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Hu Lucæ. 2.
ius deniq; gratia obſeruationis fideli recõciliatori Chri-
ſto nec timoris ſpiritus defuit, quo patri ſemper reueren-
tiam exhiberet: ſemp ei deferret: ſemper gloriã eius quæ-
reret nec ſpũs pietatis: quo miſericorditer compateretur
hominibus. Vnde & neceſſariũ habuit ſpiritũ quoq; ſciẽ
tiæ per quẽ timoris pariter & pietatis diſtributio fieret
inconfuſa. Et nota ꝙ in primo illo parentum noſtrorum
peccato tres quidem auctores extiterunt: ſed manifeſte
defuerunt tria tribus. Dico enim Euam, diabolum, &
Adam

Adã. Nõ habuit Eua ſciẽtiã: q̃, ut ait apl's, ſeducta eſt in p̃-
1. Thi. 2. uaricationẽ. Verũ hæc quidẽ ſerpẽti nõ defuit: qui calli-
dior deſcribit̃ cæteris animãtibus: ſed pietatẽ malignus
nõ habuit: q ab initio factus eſt homicida. Adã uerò pius
fortè uidet̃ mulierẽ nõ cõtriſtando: ſed timorẽ dñi dere-
liquit: uoci illius magis obediens quàm diuinæ. Vtinam
magis timor dñi p̃ualuiſſet in eo ſicut de xp̃o ſignãter le
Eſaiæ. 11. gitur. Quia repleuit eum nõ pietatis ſpũs ſed timoris. In
omnibus eñ & per omnia pietati ꝓximorũ timor dñi p̃-
ferẽdus eſt: & ſolus ipſe eſt q totũ ſibi hoĩem debeat uẽdi
care. In his igit̃ tribus: timore, pietate, & ſcientia, media-
tor noſter recõciliauit hoĩes deo. C Nã in cõſilio & for
titudine de manu aduerſarij liberauit. Conſilio ſiquidem
priſtino iure priuauit hoſtẽ: data ptãte, ut manus inijce-
ret innocenti fortitudine præualuit: ne uiolenter poſſet
retineri redemptor: dũ uictor ab inferis redijt, & uita oĩm
cũ eo ſurrexit. D Exinde cibat nos pane uitæ & intelle
ctus: & potat aqua ſapientiæ ſalutaris. Eſt eñ intellectꝰ re
rũ ſpũaliũ & inuiſibiliũ uerus animæ panis, confirmans
cor noſtrum: & ad omne opus bonum roborans in omni
exercitatiõe ſpirituali. Carnalis autem homo qui nõ per
cipit ea quæ ſunt ſpiritus dei ſed ſtultitia ei uidentur: ge-
p̃s. 101. mat & lugeat, dicens. Aruit cor meũ: quia oblitꝰ ſum co-
medere panẽ meũ. Ecce eñ mera & perfecta ueritas eſt nõ
prodeſſe homini: ſi uniuerſum mundũ lucret̃: animæ aũt
ſuæ detrimentũ faciat. Sed quando id capere poſſit aua-
rus? Sine cauſa laborat quiſquis ei id perſuadere conat̃.
Vt quid hoc? Nẽpe quia ſtultitia illi uidet̃. Quid uerius
quàm iugum Chriſti eſſe ſuaue? Appone homini ſeculari
& uide ſi nõ magis lapidẽ quàm panẽ reputabit: & certè
huiuſmodi intelligẽtia ueritatis internæ uiuit aĩa: & hic
Deu. 4. eſt ſpũalis cibꝰ. Nõ eñ in ſolo pane uiuit hõ: ſed in oĩ uer
bo qđ ꝓcedit de ore dei. Verũtñ donec ſapit tibi ueritas
nõ ſine difficultate ad interiora traijcit̃. Vbi uerò cœpe-
ris in ea oblectari: iã nõ cibus ſed potus eſt, & ſine diffi-
cultate intrat in animã: quo uidelicet ſpũalis cibus intel
ligẽtiæ potu ſapientiæ digerat̃, ne ipſius interioris hoĩs
artubus, id eſt affectibus ſiccitate laborantibus: oneri ma
gis ſit quàm utilitati. Ex oĩbꝰ ergo q̃ ſaluãdis populis fue
rant neceſſaria nihil penitus defuit ſaluatori. Ipſe eſt eñ
Eſaiæ. 11. de quo præcinit Eſaias. Egrediẽt uirga de radice Ieſſe: &
flos de radice eius aſcẽdet, & requieſcet ſuper eũ ſpũs do
mini: ſpũs ſapiẽtiæ & intellectus: ſpũs cõſilij & fortitudi-
nis: ſpũs ſcientiæ & pietatis: & replebit eum ſpũs timoris
domini. Illud ſanè diligenter attende: ꝙ florẽ hunc de ra-
dice nõ de uirga dixerit aſcẽſurũ. Quia eteñ ſi noua chri
ſti caro in uirgine creata eſſet ex nihilo, qđ eſtimauerunt
nõnulli: nõ de radice flos: ſed fortè de uirga dici poterat
aſcendiſſe. Nunc aũt quia ꝓdijt ex radice: ſine dubio ab
origine cõem ꝓbat̃ habuiſſe materiã. Nã ꝙ ſup eũ ſpũs re
quieuit: nihil in eo cõtradictiõis fuiſſe declarat. In nobis
eñ quia nõ oĩno ſuperior eſt ſpũs nõ reqeſcit: carne nimi
rũ aduerſus ſpiritũ & ſpũ aduerſus carnẽ cõcupiſcente: à
quo cõflictu nos liberet in quo nihil ſimile fuit nouꝰ ho
mo & uerus homo: qui uerã carnis noſtræ ſuſcepit origi-
nem: ſed fermentũ uetus concupiſcentiæ non ſuſcepit.

In annũciatione dñica præſertim cum tertio
ſabbato quadrageſimæ occurrit, de adultera, Su-
ſanna & beata Maria. Sermo. III.

QVàm diues eſt in mĩa: quàm magnificus in iuſti
tia: in gratia quàm munificus dñs deus noſter.
Nõ eſt qui ſimilis ſit tibi: munerator copioſiſ-
ſime: remũerator æquiſſime: pijſſime liberator.
Gratis reſpicis humiles: iuſte iudicas innocentes: miſeri-
corditer ſaluas etiã peccatores. Hæc ſunt dilectiſſimi quæ
nobis in menſa diuitis huius patriſfamilias ſanctarum te
ſtimonijs ſcripturarum: hodie quidem ſi diligenter aduer
timus ſolito copioſius apponuntur. Nimirum hãc nobis
copiã præſtãt quæ pariter cõuenerũt ſacrũ uidelicet tp̃s
quadrageſimæ: & ſacratiſſima dies annunciationis domi
nicæ. Hodie eñ ĩ auribꝰ nr̃is dep̃hẽſam in adulterio mu
lierẽ, indulgẽtia redemptoris abſolui: hodie innoxiũ Su
ſannæ ſanguinẽ liberauit: hodie quoq; beatã uirginẽ ſin
gulari munere gratuitæ bñdictiõis impleuit. Magnũ cõ-
uiuiũ, ubi pariter nobis mĩa iuſtitia & grã apponuntur.
Nũqd nõ mĩa eſca hoĩm: ſalutaris oĩno & efficax ad me-
delã? Nũqd nõ ẽt iuſtitia panis cordis? Et qdẽ optime cõ
firmãs illud: utpote cibꝰ ſolidus ad nutrimentũ. Deniq;
Beati qui eſuriunt illũ, qm̃ ipſi ſaturabunt̃. Nunqd nõ ci Matt. 5.
bus aĩæ grã dei ſuit? Dulciſſimus ſanè: & oẽm habẽs in ſe
ſuauitatẽ: & delectamentũ ſaporis. Imo uerò hæc ſibi oĩa
pariter uendicans nõ mõ delectat: ſed & reficit & medet̃.
Accedamus ad menſam hãc fratres mei: & ex ſingulis da-
pibus uel modicũ aliqd deguſtemꝰ. In lege Moyſes man-
dauit hmõi lapidare, aiunt de peccatrice pc̃tõres, de adul-
tera phariſæi. Sed ad duritiã lapidei cordis uñi ille locutꝰ
eſt. Ieſus aũt inclinauit ſe. Dñe inclina cælos tuos & deſcẽ
de. Inclinans ſe & ad mĩam flexus (neq; eñ iudaici cordis
erat) digito ſcribebat: nõ iã ĩ lapide ſed ĩ terra. Neq; hoc
tantum ſemel: ſed hic quoq; duplex ſcriptura: ſicut apud
Moyſen tabulæ duæ. Et fortè ueritatẽ & grãm ſcribẽs &
iterũ ſcribẽs terræ imp̃miſſe uidet̃: ſm̃ ꝙ Ioãnes apl's ait.
Lex ꝑ Moyſen data eſt: grã & ueritas ꝑ Ieſum xp̃m facta Ioan. 1.
eſt. Cõſidera deniq; an uideri poſſit de tabula ueritatis le
giſſe: unde refelleret phariſeos. Qui ſine pc̃õ eſt ueſtrũ,
primꝰ in eã lapidẽ mittat. Verbũ qdẽ abbreuiatũ ſed ui- Textus.
uũ & efficax: & ancipiti gladio penetrabilius. Q; grauiter
enim ad uerbum hoc ſaxea corda tranſfoſſa: quàm uehe-
mẽter hoc uno lapillo cõtritæ ſint lapideæ frõtes: rubor
ip̃e cõfuſiõis & clãdeſtinꝰ ꝓbauit abſceſſus. Meruit qdẽ
adultera lapidari: ſed is punire geſtiat: q dignꝰ nõ eſt etiã
ipſe puniri. Is preſumat à peccatrice exigere ultionẽ q eã
dẽ excipere nõ meret̃. Alioqn ipſe ſibi uicinior, à ſe inci-
piat: in ſe prius ſẽtẽtiã ferat exerceatq; uindictã. Hæc ue
ritas. Cæterũ adhuc minꝰ eſt. Et ſi accuſatores refellit hæc
ueritas: ſed reã necdũ abſoluit: ſcribat iterũ: ſcribat grãm
legat & audiamus. Nemo te cõdemnauit mulier? Nemo Textus.
dñe. Nec ego te cõdẽnabo: uade & amplius noli peccare.
O uox miſericordiæ: ô auditus lætitiæ ſalutaris. Auditã Pſa. 142
fac mihi mane mĩam tuã: qa in te ſperaui dñe. Sola nimi-
rũ ſpes apud te miſerationis obtinet locũ: nec oleũ miſe-
ricordiæ niſi in uaſe fiduciæ ponis. Sed eſt infidelis fidu-
cia: ſoliꝰ utiq; maledictiõis capax: cũ uidelicet in ſpe pec-
camꝰ. Quãquam nec fiducia illa dicenda ſit: ſed inſenſibi
litas quædam & diſſimulatio pnicioſa. Quæ enim fiducia
ei qui periculum non attendit? Aut qđ ibi timoris reme-
diũ: ubi nec timor ſentit̃ nec materia ipſa timoris? Fidu-
cia ſolatiũ eſt nec eget ille ſolatio q lætat̃ cũ male fecerit:
& in peſſimis rebꝰ magis exultat. Rogemus itaq; fratres
reſpõderi nobis quantas habeamus iniqtates & pc̃tã: ſce
lera noſtra & delicta nobis deſideremus oſtendi. Scrute-
mur uias noſtras & ſtudia noſtra: periculaq; uniuerſa ui-
gili intentiõe pẽſemus. Dicat quiſq; in pauore ſuo: uadã
ad portas inferi: ut iã non niſi in ſola dei mĩa reſpiremꝰ.
Hæc uera hoĩs fiducia à ſe deficiẽtis & innitẽtis dño ſuo.
Hæc inquã uera fiducia cui mĩa nõ denegat̃, ꝓpheta atte
ſtante, qm̃ bñplacitũ eſt dño ſup timẽtes eũ: & in eiſq ſpe
rãt ſup mĩa eiꝰ. Nec parua utiq; ſuppetit nobis. In nobis
quidẽ timoris, in ipſo autẽ cauſa fiduciæ. Suauis & mitis
eſt, copioſæ miæ: p̃ſtabilis ſup malitia: multꝰ ad ignoſcen-
dum. Credamus ſanè uel inimicis: qui in eo nil aliud un-
de occaſionẽ ſtruendæ calũniæ caperẽt, inuenerũt. Com-
patiet̃ aiũt peccatrici: nec ſibi oblatã ulla tenꝰ occidi pa-
tietur. Tenebitur itaq; manifeſtus aduerſarius legis, cum
abſoluerit lege damnatã. In ueſtrũ ô phariſæi caput: tota
ueſtræ malignitatis adinuẽtio retorquet̃. Diffiditis cau-
ſæ: q iudiciũ ſubterfugitis. Nã illa qdẽ ſine ĩiuria legis ab
ſoluit̃: q̃ ſine accuſatore relinquit̃. Sed conſideremus fra-
tres quonàm hinc abeant phariſæi. Videtis ne duos ſe-
nes: nã à ſenioribus exire cœperũt: quomodo ĩ pomerio

Ioachim abſcōdunť:Suſannā quærunt uxorē eius:ſequa
mur eos:nā iniqua cogitatione pleni ſunt cōtra eā.Con-
ſentire nobis aiūt ſenes:aiunt phariſæi:aiunt lupi:qui ab
alterius pauloante,licet errantis ouiculæ fuerant deuora
tione fruſtrati. Cōſentire nobis: & cōmiſcere nobiſcum.
Inueterati dierū malorū:modo accuſabatis adulteriū,mō
adulterium ſuadetis? Sed hæc eſt tota iuſtitia ueſtra:& q̄
palā arguitis eadē agitis ī occulto.Hic fuit ꝙ exiſtis unꝰ
poſt unū cum ille oīm cōſcius occultorū,ueſtras tam uali
de percuſſiſſet cōſcientias dicēs.Qui ſine pc̄tō eſt ueſtrū:
primus in eā lapidē mittat.Merito proinde ad diſcipulos
Matt.5. ueritas ait.Niſi abūdauerit iuſtitia ueſtra plusquàm ſcri
barum& phariſæorū:nō intrabitis in regnū cælorū.Alio
quin dicemus,aiūt,cōtra te teſtimoniū.Semē chanaan &
nō iuda:nec hoc quidē moyſes in lege mandauit.An qui
decreuit adulteram lapidare,mandauit accuſare pudicā?
An qui iuſſit adulteram lapidibus opprimi:etiā iuſſit cō
tra inſōtē teſtimoniū ferri? Immo uerò ſicut adulterā: ſic
etiā falſum teſtē nō impunitum eſſe p̄cepit.Sed qd gloria
mini in lege:ꝑ legis p̄uaricationē deum inhonoratis.In-
Dañ. gemuit ſuſanna& ait.Anguſtiæ mihi ſunt undiqꝫ.Vndiqꝫ
eñi mors.Hinc quidē corporea:inde ſpūalis.Si hoc,inqt
egero mors mihi eſt:ſi autē nō egero nō effugiam manus
ueſtras.Veſtras ô phariſæi manꝰ nec adultera effugit nec
pudica:ur̄as accuſationes nec ſanctus nec pc̄tōr euadit.
Diſſimulatis pc̄tā ur̄a:ubi inueneritis aliena,Alioqn ſi qs
forte ſuū non habet:ueſtrū ei impingitis crimen.Quid tñ
ſuſanna facit inter mortem & mortē,aīæ.ſ.& corporis un
diqꝫ anguſtiata? Melius eſt mihi,inquit,abſqꝫ opere inci-
dere in manꝰ hominum:quàm derelinquere legē dei mei.
Nimirū ſciebat iſta quàm horrendū ſit incidere in manꝰ
dei uiuētis.Nā homines cū occiderint corpus;aīæ nō ha
bent ultra quid faciant:ille aūt timendꝰ eſt qui poteſtatē
habet & corpus & aīam mittere in gehennā. Quid fami-
lia ioachī tardat? Irruat ꝑ poſticū:nā in pomerio clamor
audiť.Clamor ut luporū grauiū:& balantis ouiculæ īter
eos.Sed non patitur ab eis innoxiā deuorari qui ab ipſis
eorū faucibus tam dignanter eripuit:etiā eripi non merē
tē.Merito ꝓide cū duceretur ad mortē,erat cor eius fidu
ciā habens in dño:quē uſqꝫ adeo timuiſſet ut timorē oēm
poſtpoſuiſſet humanū:& ipſius legē& ſimul uitæ p̄poſuiſ
ſet& famæ.Non eñ dictus fuerat ſmo huiuſcemodi aliqñ
de ſuſanna.Sed & parētes eius iuſti erāt:& uir eius hono
ratior oīm iudæorum.Merito igiť à iuſto iudice iuſtā de
iniuſtis obtinuit ultionē:quæ tam uehementer iuſtitiam
eſuriuit:ut ꝓpter eā cōtēneret mortē corporis: opꝓbriū
generis:luctū inconſolabilē amicorū.Et nos frēs ſi a xp̄o
audiuimus:nec ego te cōdēnabo:ſi peccare iam uolumus
cōtra ip̄m:ſi in chriſto uolumꝰ pie uiuere:neceſſe eſt ſuſti-
neamꝰ ꝑſequutionē ne malū ꝓ malo:aut maledictū ꝓ male
dicto reddamꝰ.Alioqn q patientiā nō ſuauerit ꝑdet iuſti
tiā:hoc ē uitā ꝑdet hoc ē ꝑdet aīam ſuā.Mihi uindictā &
ego retribuā,dicit dñs.Ita prorſus eſt.Ip̄e retribuet,ſed ſi
ei uindictā ſerues:ſi nō tollas ab eo iudiciū:ſi non reddas
retribuētibus tibi mala.Faciet iudiciū ſed iniuriā patiēti
in æqtate iudicabit:ſed ꝓ māſuetis terræ.Iā uobis,ni fal-
lor,moleſtū eſt ꝙ deliciæ tardāt.Nō miremini delitiæ ſūt.
Nō onerabūt quālibet ſatiatos:nec a ructātibꝰ qdē pote
rūt faſtidiri.Miſſus eſt gabriel angelꝰ à deo in ciuitate ga
lilææ cui nomē nazareth.Miraris ꝙ nazareth ꝑua ciuitas
& tāti regis nūcio illuſtreť & tanto? ſed magnꝰ latet in hac
ꝑua ciuitate theſaurꝰ:latet iquā:ſed hoies latet nō deum.
An nō theſaurꝰ de maria? ubicūqꝫ illa eſt:& cor eius.Ocu
li eius ſup eam:ubiqꝫ reſpicit hūlitatē ancilæ ſuæ.Nouit
cælū unigenitus dei patris? Si nouit cælū:nouit & naza-
reth.Quidni ſciat patriā ſuā? q̄diu nouerit hæreditatem
ſuā? Cælū ex patre:nazareth ex matre uendicat ſibi:ſicut
ipſe ſe& filiū dauid & dñm eſſe teſtatur.Cælum cæli dño:
terrā aūt dedit filiis hoīm.Cedat ergo ei utrūqꝫ neceſſe eſt
p̄s.113. in poſſeſſionē:q nō mō dñs ſed & filiꝰ hoīs eſt.Audi etiā
qūo terrā ſibi tāquā filius hoīs uēdicat:ſed & cōicat tan-
quā ſponſus.Flores,inqt,apparuerūt in terra nr̄a.Neqꝫ
hinc diſcrepat ꝙ nazareth iterp̄tať flos.Amat florigerā Cañ.2.
patriā flos de radice ieſſe:& libēter inter lilia paſciť,flos
cāpi & liliū cōualliū.Cōmendat eñ flores pulchritudo.
ſuaueolentia,& ſpes fructus,gratia triplex.Teqꝫ florē re
putat deus.Et bene ei complacet in te:ſi tibi nec honeſtæ
cōuerſatiōis decor,nec bonæ opinionis fragrantia: nec
intētio deſit futuræ retributiōis.Fructꝰ eñ ſpūs eſt uita Textus.
æterna.Ne timeas maria inueniſti eñ gratiā apud dñm.
Quātā grām? Gratiā plenā, gratiā ſingularē.Singularē,
an gn̄alem? utrāqꝫ ſine dubio,quia plenā & eo ſingularē
quo gn̄alem:ipſa eñ generalē ſingulariter accepiſti.Eò
inquā ſingularē quo gn̄alē:nā ſola præ oībus grām inue-
niſti.Singularē ꝙ ſola hanc inueneris plenitudinē.Gn̄a-
lem ꝙ de ipſa plenitudine accipiant uniuerſi.Bn̄dicta tu Textus.
in mulieribus:& bn̄dictus fructus uentris tui.Singulari-
ter quidē fructus uentris tui eſt,ſed ad oīm quidē mentes
te mediāte peruenit.Sic nimirū ſic olim ros totus in uel-
lere:totus in area:ſed in nulla parte areæ totꝰ ſicut in uel
lere fuit.In te ſola rex ille diues & prædiues exinanitus,
excelſus,hūliatus,immenſus,abbreuiatus,& ab angelis
minoratus eſt:uerus deniqꝫ deus & dei filius incarnatus.
Sed quo fructu? Nēpe ut oēs eius paupertate locuplete-
mur:eius humilitate ſubleuemur:eius minoratiōe magni
ficemur:eius incarnatione adhærētes deo incipiamꝰ unꝰ
eſſe ſpūs cū eo.Sed quid dicimus frēs? Cuinā potiſſimū
uaſi gratia infundeť? Si ut ſupra meminimus capax qui-
dē eſt miſericordiæ fiducia:patientia uerò iuſtitiæ:quale
iam poterimus idoneū gratiæ receptaculū exhibere? Bal
ſamū eſt puriſſimū:& ſolidiſſimum uas requirit.Et quid
tam purū:quidue tam ſolidum:quàm humilitas cordis?
Merito proinde humilibus dat gratiam:merito reſpexit
deus humilitatem ancillæ ſuæ.Quonam merito quæris?
Eò utiqꝫ:quo animum humilem,meritū nō occuparet hu
manum:quo minus libere influeret diuinæ gratiæ pleni-
tudo. B Sed ad hāc nobis humilitatē quibuſdā erit gra
dibus aſcendendum.Primo eñ cor hoīs quē adhuc pecca
re delectat:nec miſeram conſuetudinē propoſito meliore
mutauit:ne ſit gratiæ capax propriis uitiis p̄peditur. Se-
cūdo quoqꝫ ubi corrigere mores & priores nequitias de
cætero non iterare proponit,ipſa tamen peccata præteri
ta,licet iam amputata quodāmodo uideanť:dū in eo ma-
nent gratiam non admittunt.Manēt aūt donec cōfeſſiōe
lauētur:donec ſuccedentibus dignis fructibus pœniten-
tiæ de medio fiant.Sed uæ tibi ſi forte uitiis & pc̄tis perni
cioſior ſucceſſerit ingratitudo.Quid eñ tā euidēter gra-
tiæ aduerſatur? Tepeſcimus proceſſu temporis à feruore
cōuerſationis noſtræ,paulatim refrigeſcit charitas:abun
dat iniquitas:ut conſummemur carne qui ſpiritu cœpe-
ramus.Inde enim eſt ut minus ea ſciamus quæ à deo do-
nata ſunt nobis:indeuoti pariter & ingrati.Timorē dñe
relinquimus,religioſam omittimꝰ ſolitudinem:uerboſi,
curioſi,faceti,etiam detractores & murmuratores:uacan
tes nugis:fugitantes labores diſciplinæ quoties ſine no-
ta id licet:quaſi uerò confeſtim ſit etiam ſine noxa.Quid
ergo tantis repulſam obſtaculis:grām nobis deeſſe mira-
mur? Iā uerò ſi quis iuxta ap̄lm ut uerbū chriſti:uerbum
gratiæ in eo habitet gratus eſt:ſi quis deuotus:ſi quis ſo
licitus:ſi quis ſpū feruēs:caueat ſibi ne ſuis fidat meritis: Collo.3.
ne ſuis operibꝰ innitatur:alioquin nec huiuſcemodi qui
dē animū intrat gratia.Nimirū plenus eſt:nec in eo iā in-
uenit gratia locū ſibi.Conſideretis phariſæum illum orā
tem.Non erat raptor:non iniuſtus:non adulter.An ſine
fructibus pœnitentiæ erat? Ieiunabat bis in ſabbato:de-
cimas dabat oīm q̄ poſſidebat.Sed ingratū forſitam ſuſpi
camini.Audite quid dicat.Deꝰ gratias ago tibi.Sed nō Luc.18.
erat uacuus:non erat exinanitus : non erat humilis ſed
elatus.Non enim quid ſibi deeſſet ſcire ſtuduit,ſed exag-
gerauit meritū ſuū:nec erat ſolida plenitudo ſed tumor.
Vacuus

Vacuꝰ ꝓinde rediit:quia plenitudinē ſimulauit.Nam pu
blicanus ille qui exinanire ſeipſum: q uacuū uas exhibere
curauit:gratiā retulit āpliorē.Nos ergo fratres ſi gratiā
cupimus inuenire:ſic decætero abſtineamus à uitiis:ut de
præteritis quoqꝫ peccatis digne pœniteamus. Nihilomi
nus quoqꝫ ſoliciti ſimus & deuotos nos deo& uerè humi
les exhibere:huiuſmodi nempe animas gratanter reſpicit
Sap̄.4. pio illo reſpectu de quo ſapiens ait. A Qm̄ gratia & mi
ſericordia dei eſt in ſanctos eius:& reſpectus in electos il-
lius.Et forte propterea quater reuocat aīam quā reſpicit
Cañ.6. dicēs.Reuertere reuertere ſunamitis:reuertere reuertere
ut intueamur te:quo uidelicet nec ī peccandi cōſuetudi,
ne nec in conſcientia pc̄tōrū:ſed nec in tēpore & torpore
ingratitudinis:aut in elationis cæcitate perſiſtat. A quo
nos quatripertito p̄iculo reuocare & eripere digneť:qui
factus eſt nobis à deo ſapientia,& iuſtitia,& ſanctificatio,
& redemptio ieſus xp̄s dñs noſter:q cū patre & ſpūſancto
uiuit & regnat deus ꝑ infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Dñica in Ramis palmarum,de tribꝰ ordinibus obſequentium chriſto. Sermo primus.

NOn ſine cauſa ſpiritū ſpōſi pariter & dei ſui ha-
bens eccleſia proceſſionem hodie noua quadā
& mira cōiunctione addidit paſſioni.Nam pro
ceſſio plauſum habet:paſſio planctū.Quoniā er
Roma.1. go ſapientibus & inſipientibus debitores ſumus: uidea-
mus quid utriqꝫ conferat hæc coniunctio.Et prius quidē
quid ſecularibus indicet:qm̄ non prius qđ ſpūale:ſed qđ
aīale.Videat ſecularis aīa:uideat & intelligat : qm̄ extre-
ma gaudii luctꝰ occupat.Propter hoc eñ q cætera quoqꝫ
Eſa.40. cœpit facere & docere:nō ſolum uerbis prædicās ſed exē
plis:qđ ante prædixerat ꝑ prophetā.Qm̄ omnis caro fœ
num & omnis gloria eius tanquā flos fœni:etiā apparēs
in carne manifeſte ſtuduit probare ī ſeipſo.Vñ & ꝓceſſio
nis gloria uoluit ſublimari:qui paulopoſt ſibi nouerat in
minere diē ignominioſiſſimæ paſſiōis. Quis ergo ſpera-
